



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Beneficiis, quæ Collegii nomine non veniunt. Tit. 7

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

sed Episcopo sint subjectæ immediatæ; præsentatio, nominatio seu ele-  
ctio, pertinet ad solum Capitulum seu Collegium; institutio ad Episco-  
pum. fac. c. 1. de elec. t. c. ex insinuatione. de Simonia. c. ad audienciam. 1.  
de Capell. Monach. in 6. c. nullus. c. cum ex injuncto. in fin. de hæret.

Sed hæc demum obtinent, si non diuturna & inveterata consue-  
tudo, seu prescriptio, potius, Abb. in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num.  
6. & c. fin. de consuet. num. 6. & ibi Joan. Andr. & alii Balb. de pr. script.  
part. 1. qu. ult. num. 3. & 4. & 5. part. 5. qu. 12. num. 5. sit contraria, aut  
privilegium, ut aliquando provisio pertineat ad Episcopum, aut Capi-  
tulum solum, vel ad Canonicum hebdomadariorum, vel ad Episcopum  
& Capitulum alternatim, seu per turnos, &c. d. c. cum Ecclesia Vulturana.  
& ibi Gloss. & Abbas. num. 10. & alii. Rebuff. de nomination. qu. 8. à  
num. 3. Corras. d. loc. num. 7. aliiq. citati per Garciam d. tract. part. & cap.  
num. 72.

Inveterata præscriptio, hic est quadragintenaria sine titulo. Pute-  
su decif. 241. lib. 3. num. 4. Achilles. decif. 140. Garc. d. loc. num. 76. &  
84. cum seqq. multo.

## TITULUS VII.

### De Beneficiis, quæ Collegii nomine non veniunt.

#### S U M M A R I A.

1. Inferiorum Beneficio- nanciscatur jus.  
rum Collatio ad Episo- 4. Quid si sit Reus crimi-  
pum spectat.
2. Requirit ex consuetudi- 5. Quid si non verus Epi-  
ne Capituli consensum. scopus.
3. Quando conferendi 6. Quæ hic limitationes.

[K] 2

Zerti.

nus  
omnis  
Ecclesiast.

I V.

**E**riuus casus est de *Beneficiis Inferioribus*, quae Collegium  
mine non veniunt. Qualia sunt, ut est communis Inter-  
pretum sententia; *ut notat. in c. quanto. de his que sunt.*  
*Pr. sine conf. Cap. Rectoriae, Prioratus, Capella, Prae-  
monia.*

In quo dicendum; Eorum in Ecclesiis inferioribus collatione  
de Jure pertinere ad solum Episcopum, etiam sine Capituli consilio,  
salvo patronatus jure. *Abbas in d. c. cum Ecclesia Vulturana. de elect. num. 3.  
vers. 3. & casu ult. & in c. novit. de his que sunt à pr. alat. sine conf. Cap. 6.  
Selva tract. de benef. 2. parte. qu. 22. casu 6. num. 6.*

Idemque vult obtinere d. Abbas in d. c. cum Ecclesia Vulturana  
num. 3. vers. in tertio membro. in Beneficiis inferioribus Ecclesia Capo-  
dralis.

Majora vero Ecclesiarum Inferiorum Beneficia de jure confit  
Episcopus cum Capituli consilio. *c. novit. c. quanto. ubi Abb. num. 2. de  
his que sunt à Pr. alat. sine conf. Cap. Abbas idem in d. c. cum Ecclesia Vulturana. num. 3. vers. 3. & casu ult. sive ut vult Duarenus de Benef. illi;  
cap. 4. consensu. per d. c. novit. & c. quanto. Quem sequitur Quinianus  
vennas lib. 1. Ecclesiasticon, cap. 5. num. 4. in fin. teste Garcia. trach. de  
nef. part. 5. cap. 4. §. 2. num. 238.*

**2** Episcopi tamen, ex generali consuetudine, in nullis Beneficiis  
tra Cathedralem Ecclesiam sitis, Capituli requirunt consilium: causa  
consuetudo valet. *ut in c. 3. de consuet. in 6. & ibi Dd. Abb. in d. c. nro.  
num. 5. Lambert. de jure patronat. part. 3. lib. 2. qu. 1. art. 4.*

**3** Habent Episcopi Beneficiarum conferendorum Jus simulacu-  
rint confirmati, licet nondum sint consecrati. *c. transmissa. c. genera-  
ter. de elect. Quod ut ait Glossa in can. quanto. diff. 63. per electionem  
consequantur jus administrandi, & per Confirmationem ejus juris cura-  
cium. Darti tract. de benef. seet. 3. cap. 8.*

Dictum adeò verum, ut ne inductio quidem ulla in possessionem  
sit necessaria, nisi beneficium ab alio sit prius occupatum. *c. eam quae de  
prabend. in 6. Duaren. d. loco.*

Sed & sine confirmatione ulla interdum jure hoc uti potest; vel  
ut.

# Coryi De Pers er Benefi E

G

32

ut, si Episcopus aliquis cis Alpes sit electus, cuius pendeat confirmatio a Pontifice Romano. Nam interim ei non est deneganda administratio, si meruerit totius Collegii suffragia. c. nikel. de elect. Duar. d. loc. Dantis dd. locis.

Hinc receptum est, ut Monialium Antiftita post electionem statim administrare possit. c. indemnitatibus. §. s. vero. eod. in 6. Duar. & Dantis dd. locis.

Habet quoque Episcopus conferendorum Beneficiorum potestatem, et si sit gravissimi criminis reus; Ratio: Non debet accusatus priuari Sacerdotii sui possessione. can. nonne. 8. qu. 4. d. c. 2. Ut lite pend. nisi innouet. Abb. supra Bertach. in repetit. verb. error communis. conf. 2. Garc. d. tr. part. & cap. 4. num. 333. cum seqq.

Imo & depositus, dummodo provocaverit: Gloss. in d. sepe contigit. verb. rata. 44. de appellat. Quia non censetur damnatus, qui provocavit. l. 2. §. fin. ff. de panis. Abbas in d. c. sape contingit. num. I. §. & ibi Francus. anum. 32. Idem Abb. in c. omnipotens. de accusation. num. 3. & ibi Felin. 1. Alias non: Garc. d. loco num. 339.

Imo et si ei Coadjutor propter corporis infirmitatem aut senectutem sit datus: non si propter mentis alienationem. Gloss. in verb. Juris dictionis de Collatione in pragm. sanct. Tunc enim Coadjutor Episcopo datum conferet beneficia, ne patiatur Ecclesia Pastorum defectum. Gloss. d. loco. Domin. num. 4. Franc. 3. in c. un. §. fin. de Clerico agrotante. in 6. Par. Gregor. de benef. cap. 38. num. fin. Flamin. Parisius de resignat. Be-nesse. lib. 7. qu. 20. a num. 25. Nec refert quod Coadjutori sit interdicta bonorum Ecclesiae alienatio; d. e. un. Quoniam beneficiorum collatio non est alienacionis species, sed administrationis, quam Coadjutor ha-bet. can. quamvis. 7. qu. 1. Dantis d. tract. & sect. cap. 7.

Valer etiam Beneficiorum Collatio facta, ratione publici, non privati, Innoc. in c. cum dilectus. de consuet. c. consultationibus. de jure pa-tron. & ibi Abb. num. 6. & 7. & in c. veritatis. de dolo. & cont. num. 47. Edin. in c. Rudolphus. circa fin. de rescript. Domin. in c. I. eod. in 6. Garc. d. loc. num. 313. officii; per Episcopum seu Prælatum se pro Prælato ge-rentem, sed ex aliquo defectu non verum. Dd. arg. l. Barbarius. ff. de off. Præt. l. 2. C. de sent. & interlocut. car. infamis. 3. qu. 7. Rota decif. 14.

nus  
omnis  
Ecclesiastis

I V.

de jure patron. in antiqu. Abbas in c. nihil. de ele<sup>t</sup>. num. 12. Selva debonif.  
2. part. qu. 12. Majcard. de probat. conclus. 649. num. 23. & alii.

Nisi:

**6** Primò; Intrusus fuerit in Dignitate seu Beneficio reservato, nione cuius jus conferendi competit: Rota decis. 20. de probend. in antiqu. & 4. eod. tit. in antiquior. Aeneas de Falcon. de referat. 4. qu. effectu. Si moneta eod. tract. qu. 44. & ibi Paulus Granutius, quos alleg. Garc. d. num. 278.

Secundò; Nisi caret auctoritate Superioris & titulo ab eo collecto, licet ex aliquo latenti vitio, seu occulto defectu, invalido: Inno. in d. c. nihil. num. 3. & 4. & ibi Imola. num. 7. Abb. num. 11. & 12. & ali Navarr. in can. placuit. de penit. disp. 6. num. 177. & 178. & plurimi alleg. per Garc. d. loco. num. 281. Superioris putate Legitimi, alias pofentiam illum conferendi habentis. Bertrand. consil. 128. vol. 1. Andr. Gabrie. de probat. conclus. 8. num. 20. & ult. Majcard. d. loco num. 86. 92. & 31. alii alleg. per Garc. d. loco num. 284. cum seqq.

Tertiò; Nisi is cui Collatio facta, impedimentum sivem; Ebus in c. Rodulphus. num. 40. de rescript. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 7. qu. 74. num. 48. Ugolin. de censur. tab. 1. cap. 11. §. 2. num. 1. Garc. d. loco num. 309. alterque id ad quod petendum jus habebat, consequi potuerit, Thom. Sanchez. disp. 20. qu. 4. num. 45. in fin. Garc. d. num. 311.

## TITULUS IX.

Episcopo mortuo, ad quem pertineat  
Beneficiorum Collatio.

### S U M M A R I A.

1. *Quis conferat Sede va-* am & Gratiōsam,  
*cante.*
2. *Distinguendum inter* 3. *An posuit Capitulum*  
*Collationem Necessari-* praeſicere Oeconomum.